



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXIV. Notitia de herbis maleficis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

vero post ipsum tres aloariae & XII. conlaudantes iurauerunt, & de linguis eorum legibus dixerunt.

XXXIV. NOTITIA DE HERBIS maleficis.

**N**otitia qualiter & quibus præsens, veniens foemina aliqua, nomine illa, in pago illo, in mallo publico, in basilica sancti illius, ante illos & illos, & alios quamplures bonos homines, qui subfirmauerunt, posita manu sua super sacrosanctum altare sancti illius, sic iurata dixit: Hic iuro per hunc locum sanctum, & Deum altissimum, & virtutes sancti illius, vnde me ille ante virum magnificum illum, vel alios bonos homines mallauit, quod ego herbas maleficas temperassem, vel bibere ei dedissem, per quod ipse infirmasset, aut vitam suam perdere debuisset, ego herbas male-

ficas, nec potiones malas nunquam  
reperavi, nec bibere dedi, per quod  
ipse infirmus, vel insanus fuisset, aut  
vitam suam perdere debuisset, &  
aliud de ista causa in nullo debeo,  
nisi istud vnicum & idoneum sacra-  
mentum, per hunc locum sanctum,  
& Deum altissimum & virtutes san-  
cti illius. Insequenter vero post ip-  
sam tantæ iurauerunt, & de linguis  
eorum legibus dixerunt.

## XXXV. CESSIO.

**D**ulcissimo atque in omnibus  
amantissimo filio meo illi, il-  
le. Ammonuit me amor & dulcitu-  
do tua, & ex alia parte mihi non ces-  
sas deseruire, & in bonum impen-  
dis effectum. Propterea mihi præ-  
patuit plenissima voluntas, vt ali-  
quid de rebus propriis meis, extra  
confortium germanorum tuorum,  
tibi concedere deberem. Quod ita